



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sanctis Primo: Marco: Jasone [et] Leliano martyribus. Cap[itulum]. cli.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

## Liber

Quarta est demonstratiua: in qua pro ipso Iob dñs cōtra tres amicos eius questione diffinitio demonstrat. Et sic concluditur totus liber plenus mysterijs et maximis diuine fidei sacramentis. Quicquid autē sanctus Iob in pace et operta senectute sexto idus maij: vt Hieronymus in suo kalendario ponit. Sepultusq; ē in terra huius in finibus edon siue in dostra: vbi et sepulchrum eius cernitur vsq; in presens.

De sanctis Gordiano et Epimachō  
martyribus. Cap. cxliij.



**Gordianus** martyr: rome passus ē sub Iuliano apostata imperatore. Qui Iulianus cum inter alios xpianus quendam senem presbyterum nomine Ianuarium tenuisset: dedit eum in custodia cuidam eius vicario Gordiano. Qui Ianuarium ad domum suam adducēs: dum ipsum ad sacrificia sermonibus hortaretur: Ianuarus Gordiano christus predicans eum conuertit: et statuam Iouis erectā quā apud se habebat in igne conflagravit: ac ipsum cum vxore Marina et familia eius promissu seorsus numero quinquaginta tribus cum eorum domibus baptizauit. Quod cum Iulianus comperisset: Ianuarium presbyterum in exilium proscriptone damnauit. Vxorem vero Gordiani Marinam ad aquas salinas manere precepit in seruitio rusticorum. Gordianum autē cuidam Clementiano quem loco eius vicarium preceperat: puniendum tradidit. Qui Clementianus Gordianus sibi catenis vincum presentari fecit: et in confessione christi persistentem: primo quidem dudum plumbaris cedi deinde capite truncari precepit. Cuius corpus canibus proiecitur: cū diebus septem mansisset intactum: tandem a familia sua raptus: et cum beato Epimachō quē dudum ante predictus Iulianus occidit iusserat sepelitur via latina: miliario vno longe ab vrbe roma. Qui passus est circa annum domini tricentesimum et sexagesimum sexto idus maij.

De sanctis Calepodio presbytero  
et socijs martyribus. Cap. cl.



**Calepodius** presbyter: palmatus: simplicius: felix et blanda cum socijs eorum rome passi sunt sub alexandro imperatore. Cum em palmatius consul de mandato imperatoris ad regionem trans tyberim accessisset vt calepodium presbyterum cum alijs christianis in domo quadam lateribus comprehenderet: decem milites qui domum intrauerunt. et ceteri sunt. Quod alex-

## Quartus

ander conspiciens iussit omnem populum pro liberatione militum deo mercurio immolare. Tunc vna ex virginibus paganorum arrepta a demone deum viuus et verum deum christianorum clamabat. Quod palmatius audiens conuersus abiit ad sanctum papam calixtum: et ab eo baptizatus et petiit: quem calixtus presente calepodio baptizauit: omnēq; eius familiā cū vxore et filijs numero quadraginta duobus vnda saluari perfudit. Qui palmatius exinde cepit facultates suas pauperibus erogare. Post dies plurimos Alexander hoc audiēs fecit teneri palmatium eumq; examinatū et christus confitentem tradidit simpliciō senatori: quatenus ei persuaderet vt ad culturam deorum accederet. Cum autē simpliciū ipsum plurimū honoraret: et palmatius omnia seculi blandimenta cōtempnēs orationibus et ieiunijs insisteret. Quidam nomine felix venit ad palmatium deferens vxorem suam nomine blandam ab annis quattuor paralyticam: vt eam sanaret. Quam palmatius in cōspectu simpliciū et omis eius familie fusa oratione sanauit: quo viso miraculo conuersus est simpliciū senator cum omni domo sua: felix quoq; cum vxore sua blanda sanam effecta: ceperuntq; omnes baptismatis gratiam expeterē: vocatoq; sancto papa calixto cū beato calepodio: superuenientes ad domū simpliciū baptizauerunt eum cum tota eius familia: atq; felicem cum coniuge sua blanda. Quod cū alexander audisset: quia multitudo hominis per beatos calixtum et calepodium in christo credidisset: misit exercitum militum: et tenuit omnes qui baptismum perceperant: quos precepit capitalem subire sententiā: et per diuersas portas vrbis rome capita eorum suspēdi ad exemplum christianorum. Tenuit etiam calepodium quā gladio fecit occidi: et corpus eius in tyberim iactari ante insulas lycæontiam. Quod tandem a piscatoribus repertus et beato calixto pape presentatū ab eodem in suo cimiterio via apia sepultum est. Passi sunt autem sancti martyres sexto idus maij.

De sanctis Primo: Marco: Iasone et  
Celtiano martyribus. Cap. cxli.



**Primus: marcus:** Iason: et celtianus martyres tergesti in ciuitate passi sunt tempore Adriani imperatoris sub Arrasio preside. Qui primū presbyterum et marcum diaconū fustibus cedi iussit: et sub ventres eorū ignes accendi. Deinde sulphur solutum in ora eorum infudit. Et cū hec omnia supplicia sine vlla eorum lesione superassent: multiq; exinde cōuersi fuissent Iasone et celtianū fustibus tā diu verberari mādauit: donec cessi spm emitteret. Deinde primū et marcum extra vrbis mentia decollari.

Quorum corpora in eodem tumulo iuxta eandem ciuitatem sepulta sunt. v. idus maij.

De sancto Damerto episcopo et confessore. Cap. cliv.

**D**amertus eps vien-  
nesi. miraculis et sanctitate apud  
eandē urbē celebris habet. Qui  
ob imminētē terremotū et tē-  
pestuam cladē atq; luporū ra-  
biam solēnes rībus dieb; ante  
ascensionē dñi leranias instituit: vt haberetur su-  
pra de leranias. Qui etiā apud prefatā ciuitatē  
quiescit in dño. v. idus maij: vbi et sepultus vir-  
tutibus claret.

De sancto maiolo abbate. Cap. cliv.

**M**aiolus abbas nobili-  
bus parentibus progenitus: et sacris  
litteris imbuit: ac virginitatis flore  
decoratus: primo archidiaconus ec-  
clesie maticensis fuit. Deinde factus est monachus  
cluniacensis. sub hermoarido abbate sancti odonis  
successore sanctitate vite mirabiliter pollens:  
summaq; patientia decoratus. Qui propter gravē  
infirmitatē quā incurrat lumen oculorū amisit:  
nec tñ exinde in aliquo vñq; perturbari visus fu-  
it. Sexto autem anno monachationis ipsius de-  
cedente abbate monasterij maticensis ad eiusdē  
loci regimē licet inuitus eligatur: non obstante  
q; lumine forer oculoꝝ priuatus et corpore qua-  
si viribus p̄e longa egritudine destitutus. In  
ipsa autē abbatia sanctissime iubar vite fuit: et  
multa miracula ostēdit. Ecce visum: surdis au-  
ditum: claudis gressum. Alijsq; diuersorū gene-  
rum languorib; detentis cōferens medicinam.  
Plures etiā a moribus serpentum venenatos: et  
a periculis fluminū et scibus fulgurum libera-  
uit. Tandē seu lampades in eius ecclesia ar-  
dentes ex negligentia vel aliter extincte sepius  
sine humano studio sunt diuinitus reaccense.  
Quadam nocte dñi in monasterio sancti dionysij  
librum eius de principatu celi perlegeret  
ad lumen candelę graui somno pressus dormi-  
tauit: et candela de manu eius super librum ceci-  
dit. Sed sola ipsius cera consumpta: libri pagi-  
na oīno illesa permansit. Soluit autē carnis de-  
bitum. v. idus maij. Et reconditus est in mona-  
sterio suo miraculis clarens.

De sancto Antimo presbytero et martyre. Cap. cliv.

**A**ntimus psbyter et mar-  
tyr: romētia salaria passus est. qui post  
virtutum et pdicationis insignia in ty-  
berim precipitatus et ab angelo sancto exinde  
ereptus est: ac proprio restitutus oratorio. De-  
inde in confessione nominis iesu christi capite  
punitus victor migravit ad celos quinto idus

mai. Decado.

De sanctis nereus et archileo  
martyribus Cap. clv.

**N**ereus et archileus  
martyres fuerunt serui plautilla vxo-  
ris clementis cōsulis germani do-  
mitiani imperatoris et sancti clemē-  
tis pape. Que plautilla existens vidua eos pue-  
ros cōparauit: et cunuchos fecit. Cum autē ad  
pdicationem beati petri apostoli plautilla cō-  
uersa esset fecit se ab eodem cum prefatis pue-  
ris baptizari. Et ad extrema deueniens eosdē  
iuuenes cubicularios si auic domitille filie sue  
dimisit. Cum autem domitianus fratā domitil-  
lā aureliano comiti in cōiugē tradidisset: vt su-  
perius in eius passione actum est nos. martij.  
Nereus et archileus eidem virgini xpm annun-  
tantes eandem conuerterunt: et votum virgini-  
tatis emittere suaserunt. Que a sancto clemente  
papa baptizata et sacro fuit velamine consecra-  
ta. Quod cum aurelianus cognouisset: obre-  
ta ab imperatore licentia sponsam suam cū cu-  
nuchis in pontianā insulam relegauit: quo plu-  
res xpiani pro christi nomine fuerant exilio de-  
portati. Erātq; ibi malefici duo discipuli symo-  
nis magi furius et priscus: qui magicis artibus  
populum fallendo symonem magū pro deo fe-  
cerāt adorari. Quibus beati nereus et archileo  
resistentes eorum maleficia sermonibus et mi-  
raculis detegebant: et sic populū ab errore reuo-  
cabant. Post multum hō tps aurelianus ad  
insulam perrexit: et sanctos promissis et oblati-  
muneribus vt virgini ad nuptias suaderent ex-  
orauit. Quod ipsi omnino facere respuētes eā  
magis in domino confortabāt. Quapropter ad  
vrbem adducti et ad sacrificia cōpuli sunt. Et  
cum dicerent se a beato petro apostolo baptiza-  
tos nulla ratione posse idolis immolare: capite-  
cessi sunt. Quorum corpora via ardeatina iuxta  
corpus sancte petronille virginis sepulta sunt  
iij. idus maij.

De sancto Pancratio mar-  
tyre. Cap. clvi.



**P**ancratius  
martyr nobilissimis  
parentibus or-  
tus apud phrygiā  
cuius pater Geronius dicitur  
est vtrorū parente orbar sub  
dionysij cura patrii sui relin-  
ctus est. Ambo igitur romam  
vbi largum habebāt patrimo-  
nium perreperunt. Et dum in

eorum possessionibus in monte celso moraren-  
tur: in eorum vico papa cornelius cum quibus-  
dam fidelibus propter persecutionem latitabat:  
a quo pontifice fidem xpi et baptismum susce-